



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

17. Donatio ad casam Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

hominum firmata, ei fieri vel conscribere rogarerit, quod ita & fecit, ut dum ipsam rem non habui, nec pretium unde transforovere vel emendare debuissim, ut quan- diu ad vivam in servitio publico, quod mihi injungitis, vobis deservire debeam; & si negligens aut tardus de ipso servitio appa- ruerit, qualisunque disciplinam ad alios servos tuos impendis, talen super me potestatem habeas ad faciendum. Et si fuerit aut ego ipse, aut ullus de meis heredi- bus, qui contra hanc cautionem venire aut reclamare &c.

Concavatura inter duos Abbates.

XIV. Placuit auxiliante Domino at- que convenit inter venerabilem virum il- lum Abbatem de monasterio illo, vel con- gregationem monasterij sui, necnon & magnificum virum illum, de commutatio- ne locorum, quam inter se facere deberent, quod ita & fecerunt. Per quam accepit venerabilis vir ille Abba ad opus mo- nasterij sui in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est, in ipso loco illo man- flos ad commanendum, casticiis superpositis, terris arabilibus, vel quicquid in ipso loco ad praesens cernitur esse possesso, to- tum & ad integrum re inexquisita in com- mutatione vel in concamio. Simili modo vir magnificus ille accepit ad opus suum aliam rem in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est quod superius diximus, totum & ad integrum re inexquisita in comutatione vel in concamio. Vnde duas epistolas pariculas uno tenore con- scriptas manu corum vel bonorum homi- num firmatas inter se fieri & firmare roga- verunt, ut unusquisque post hunc diem quod a pari suo in comutatione vel in concamio accepit teneat atque possideat, vel quicquid.

Charta tralitura.

XV. Domini sanctis & apostolicis ac venerabilibus in Christo patribus, Regibus, Comitibus, Episcopis, Abbatibus, Sacerdotibus, Clericis, vel omni populo Christiano qui in Romanorum vel Longo- bardorum provinciis Deo serviunt, tam in monasteriis quam & in civitate, seu per pagos, vel per vicos, ego in Dei nomine ille Major domus. Cognoscet magnitudo seu & sanctitas vestra quod iste frater no- ster nomen ille serviens vester penit nobis ut ad basilicam sancti Petri patris vestri pro suis culpis vel pro nostra stabilitate valeat ambulare ad orationem. Propterea has litteras cum salutatione per ipsum ad vos

direximus, ut in amore Dei & sancti Petri ipsum ad hospitium recipiatis ad benefa- ciendum vel ad suam consolationem, tam ad eam ambulando quam & in redeundo, ut per vos salvus eas & salvus revertatur. Interim, sicut vestra est consuetudo bona, vel consolationem vel adjutorium ei im- pendere jubeatis, latumque diem jubeatis habere. Cujus potestas regnat in aeterno, ipse vos custodiat in regno suo per- petuo. Salutamus vos omnes salutatione plenissima.

Donatio quam homo donat ad suam parentem.

XVI. Dilectissime atque amabili mihi in Domino consobrina mea nomine illo, ego in Dei nomine ille. Dum & pluribus est per cognitum eò quod tu partibus meis amabilia servitia impendere non definis, pro tua bonitate, & pro eo quod dictum est *Faciamus bonum ad omnes, maximè au- tem ad domesticos fidei* vel ad propinquos nostros, igitur dono tibi à die presente per hanc epistolam donationis, quæ in perpetuum sit mansura, & de jure meo in tua dominatione trado atque firmabo, id est, mansum ad commanendum in pago illo, in loco qui dicitur ille, & est ipse manus per loca designata de latere uno & de fronte terre illius, & de alio latere & fronte terre illius tanto, ita ut ab hac die memorata consobrina mea illa quicquid de ipso manu facere voluerit, ut absque uniuersu repetitione liberam in omnibus habeat potestatem ad faciendum.

Donatio ad casum Dei.

XVII. Prudens consilium bajulat qui pro anima sua remedio cogitat illi Domini num retribuere, & exinde habere cogitat, & de Dei misericordia non dubitat. Idcirco nos in Dei nomine ille, & conjux mea illa. Admonet nos divina pietas & Christi misericordia ut aliquid de rebus nostris pro redimenda ultiione nostrorum peccatum Domino offerre deberemus, ut in die judicij misericors Dominus vel in aliquantulum de scelere nostro nobis relaxare dignaretur, donamus compuncto corde & devoto animo ad basilicam illam, quæ est in honore sancti illius constructa in loco illo, hoc est, rem nostram in loco nuncupante illo, hoc est, in ipsa re mansis ad commanendum, casticiis, superpositis, ter- ris arabilibus, ut post hunc diem ipsi custodes qui ad ipsum sanctum locum deser- viunt, ipsam rem superius denominatam habeant, teneant, atque possideant, vel

Gal. 6.

quicquid exinde facere voluerint, libera-
ram & firmissimam habeant potestatem ad
faciendum. Et si quis.

Paetum divisionis inter fratres.

XVIII. Paetum divisionis inter fra-
tres, id sunt ille & ille, heredes illius &
illius quondam, qualiter se de alode eo-
rum dividere vel exæquare deberent, quod
ita & fecerunt. Per quem accepit vir magni-
ficus ille mansum illum in loco nuncupante illo,
qui est in pago illo, hoc est,
ipse mansus circumcinctus, cum arboribus
& castris, superpositis, terris arabilibus,
& cetera. Simili modo vir magnificus ille
acepit ad opus suum illum mansum in lo-
co nuncupante illo, qui est in pago illo, in centena illa, hoc est, quod superius
diximus, mansus circumcinctus, cum ar-
boribus & castris, superposita, terris arabi-
bus, & cetera, vel quicquid pars con-
tra parem suum per æqualem inter se
diviserunt, absque ulla repetitione vel re-
clamatione hoc habeant, teneant, possi-
deant, vel quicquid exinde facere volue-
rint, libera, in omnibus Christo propitio
in sua permaneat potestate ad faciendum.
Si quis verò.

Venditio ad monasterium.

XIX. Venerabili in Christo patri illi
Abbatu de monasterio qui vocatur sancti
illius, quod est in pago illo super fluvium
illum constructum, emptori, ego in Dei
 nomine ille venditor. Constat me non
imaginario jure, nec nullo cogentis im-
perio, sed proprio voluntatis mea arbitrio,
vobis vel ad monasterium vestrum
vendere, quod ita & vendidi vobis à die
presente, rem pro portione mea, in loco
nuncupante illo, quod est infra pagum il-
lum, quod de parte parentum meorum
ad me legibus obvenit, hoc est, tam man-
sis, casis, castris, mancipiis, ingenuis
his nominibus, vel quicquid ibidem pre-
fens est mea dominatio, totum & ad integrum
de jure meo in dominatione vestra
per hanc venditionem tradidi vobis ad pos-
sidendum; & accepi à vobis in pretio ta-
xato, iuxta quod nobis aptificatum vel
conventum fuit, solidos probos atque pen-
fantes numero tantos; ita ut ab die memo-
rata omnia superius nominata, que de me
legibus comparasti, hoc habeatis, tenea-
tis, possideatis tam vos quam & succeſſo-
res vestri, liberumque & firmissimum in
vestra permaneat potestate ad faciendum.
Si quis verò.

Precaria.

XX. In Christo venerabili patri &
Domino illi Abbatu de monasterio sancti
illius, quod est in pago illo super fluvium
illum constructum, ego in Dei nomine
ille. Precator accessi ad vos ut rem pro
portione vestra, in loco nuncupante illo,
qui est in pago illo, quam ego ille ante
hos dies per venditionis titulum dato pre-
tio sancto illi seu vestro monasterio ad-
mavi, hoc est, in ipsa portione mansum
ad commandendum, castris, superpositis,
terris arabilibus, mancipiis, ingenuis his
nominibus, vineis, pratis, filvis, pascuis,
vel quicquid ibidem aspicit vobis delegavimus.
Sed postea taliter vobis supplicavimus,
ut ipsam portionem ad usum benefi-
cium ad excolendum quandiu advivo mihi
præstare vel relaxare deberetis, quod ita
& fecistis. Propterea hanc precariam ma-
nu mea vel bonorum hominum firmatam
vobis exinde emisimus, ut annis singulis
censum denariorum tot ad luminaria sancti
illius & decimam de omnibus fructibus,
quicquid supra ipsam conlaborare potue-
rimus, die illo, quod eveniet festo ipsius
sancti illius, pro hoc vobis dare & adim-
pleri faciam. Et si negligens aut tardus de-
ipso censu ad illud placitum apparuero,
fi-
dem exinde vobis legibus faciam, & ipsam
rem dum advivo per vestrum beneficium
tenere & usufruere faciam; in ea verò
ratione ut aliubi ipsas res nec vendere nec
donare nec alienare nec ad alias casas Dei
delegare, nec in naufragium ponere, nec
ad proprium facere, nec hereditibus meis in
alode derelinquere pontificum non ha-
beam ad faciendum, nisi post meum dis-
cessum, unā cum re immeliorata vel super-
posita, quicquid ibidem inventum fuerit,
absque ullius judicis contradictione pars
monasterij vestri ad vestrum faciat revoca-
re dominum. Si quis verò.

Commendatitia de re vendita.

XXI. In Christo filio Ecclesiæ illi, in
Dei nomine ille Abbas de monasterio illo
sancti illius, quod est in pago illo, unā
cum consensu fratrum nostrorum. Dum
& tua fuit petitio & nostra decrevit voluntas
ut duas partes darem pro portione no-
stra in loco nuncupante illo, qui est in pa-
go illo, quem tu ipse ante hos dies per ven-
ditionis titulum dato pretio de thefauro
sancti illius nobis vendidisti; sed postea
taliter nobis supplicasti ut ipsius portio-
nis duas partes in prædicto loco illo ad
usum beneficium ad excolendum, quan-

I iij